

Vos estis lux mundi.

✠ Lécctio sancti Evangélii
secúndum Matthæum

5, 13-16

In illo témpore: Dixit Iesus discípulis suis:

- ¹³ « **V**os estis sal terræ;
quod si sal evanúerit,
in quo saliétur?
Ad níhilum valet ultra,
nisi ut mittátur foras
et conculcétur ab homínibus.
- ¹⁴ Vos estis lux mundi.
Non potest cívitas abscóndi
supra montem pósita;
- ¹⁵ neque accéndunt lucérnam
et ponunt eam sub módio,
sed super candelábrum,
ut lúceat ómnibus, qui in domo sunt.
- ¹⁶ Sic lúceat lux vestra coram homínibus,
ut vídeant vestra bona ópera
et gloríficent Patrem vestrum,
qui in cælis est».

Verbum Dómini.